



410
11



C. I. num.

23. 45

PRINCIPIORVM
IVRISPRVDENTIAE ECCLESIASTICAE
GERMANICAE FVNDAMENTALIVM
SPECIMEN QVINTVM

394

V I R O

SVMME REVERENDO, DOCTISSIMO
COLENDISSIMOQVE

IOACHIMO HARTMANNO

S. S. THEOLOGIAE ATQVE PHILOSOPHIAE DOCTORI CELEBERRIMO,
HACTENVS SERENISSIMO DVCI REGNANTI MECKLENBVRGENSI A
CONSILIIIS ECCLESIASTICIS, ET CIRCVLI SPECIALIS MECKLENBVRGENSIS
SVPERINTENDENTI DIGNISSIMO, IAM ECCLESIAE NICOLAITANAE
ROSTOCHIENSIS VOCATO PASTORI
VIGILANTISSIMO. REL.

Ms. v. 394.

S V M M O

Kr 3943

DEVOTI ANIMI AFFECTV ADSRIPTVM

ATQVE EODEM,

QVO AD MVNVS NOVVM ECCLESIASTICVM

MORE CONSVETO,

CEREMONIISQVE SOLITIS INAVGVRETVR,

DIE MENSIS MAJI A. O. R. MDCCCLXVIII.

OBLATVM

A

IOANNE CHRISTIANO
QVISTORPIO

I. V. D.

ROSTOCHII,
LITTERIS MÜLLERIANIS.

KONFRIED
UNIVERS.
ZYHALE




PRINCIPIORVM
HISTORIAE SCIENTIAE
GENERALIAE

VIRI
SUMME REVERENDO DOCTISSIMO
IOACHIMO HARTMANNO

PHILOSOPHO
ET MATHEMATICO
PRAEFATO

IOACHIMUS HARTMANNUS





VIR SVMME REVERENDE, DOCTISSIME,
COLENDISSIME,



Ex quo mihi contigit, vicinitate, et cum ea summa *Tua* benevolentia frui, semper mihi in votis fuit, publice, data occasione, aliquando cognitum faciendi, quantum *Tibi* debeam, quantaque sit animi, *Tibi* devotissimi, ad gratiarum actiones persolvendas, proclivitas. Datur per hodierni diei dulcem influxum exoptatissima occasio, quae ardentissima pro sempiterna *Tua Tuaeque familiae* salute vota amplius opprimere vetat. Praesenti luce *Tu Te* ecclesiae alligari finis, quae *Te Tuamque* eloquentiam jam diu desiderat. I pede fausto redique! Accipias quaeso humanissime, quae *Tibi* hodie offero, *continuata Jurisprudentiae Ecclesiasticae Germanicae principia*, per quatuor specimina hactenus a me perducta. *Quintum specimen Tibi* sit sacrum. Legas, *Vir optime!* meditationes haec benignitate illa, quam hactenus ex *Te* sum expertus. Si quae in illa reperies, attentione *Tua* non omnino dignissima, veniam imperti scribenti.



SECTIO IIX.

DE

RELIQVAVM PARTIVM IVRIS
PONTIFICII, QVAE SVB NOMINE
DECRETALIVM VENIVNT,
COMPILATIONE.

§ I.

Quae ad vniuersam ecclesiam, in comitiis sacris congregatam, olim pertinebat potestas, canones siue leges, vniuersam obligantes ecclesiam Christianam, ferendi, hanc pontificem, firmato, quem affectabat sacro potentatu, seculo vndecimo, sibi soli sumsisse, historia docet. Proponebantur scilicet et propositae colligebantur constitutiones papales siue Decretales iisque vis obligandi tribuebatur larga manu. Hac ratione jus, quod olim erat ecclesiasticum, iam, saltem quoad maximam partem, pontificum euasit, prouti recte statuit *Celeberr. G. L. Boehmer Obs. Jur. Can. Obs. I.* Etenim ante seculum vndecimum canonum custodes et vindices se ipsos dicebant pontifices; ab hoc vero tempore domini eorum et legislatores esse coeperunt, liberiorque inde inualuit dispensationum vsus. Varias saepius ad pontificum tribunal factae sunt relationes et appellationes; ab illis dispensationes et exemptiones sunt petitae; inde sic dictae Decretales; inde rescripta; inde post octoginta annorum spatium variae ortae sunt collectiones. Iam quidem olim, quando de consuetudine ecclesiastica dubia oriebantur, a sede romana consilia expetebant et solum ad consulentes dabantur epistolae pontificum. Postea vero tales etiam non consulti conscripserunt. Inde in decretalibus haud raro quaedam occurrunt ad neminem datae, quod cum *Cujacio* obseruat *Ziegler de Orig. Jur. Can. §. 53.* Illa, quae pontifex decidit vel rescriptum,



fit, ex post facto auctoritatem legum ecclesiasticarum obtinuerunt et Decretalium nomine veniunt. Dicuntur itaque in specie *Decretales epistolae a pontifice romano vel solo, vel cum Cardinalium episcoporum consilio, aut sponte, aut ad consultationem praecedentem rescriptae, legum perfectarum instar obligantes; seu pontificum, tum in Conciliis, tum extra illa, edita decreta et constitutiones, partim diuersas causas ecclesiasticas, partim Iudiciorum ordinem concernentes.* Notandum tamen esse puto, sub decretalium nomine eas pontificum constitutiones potissimum venire, quae post Gratiani Decretorum a sequentibus pontificibus editae, vel etiam a Gratiano neglectae fuerunt. Omnes fere Decretales siue pontificum constitutiones *vid. in Bullario magno, quod quatuor Tomis constat.*

*) Alii quidem episcopi, tam in Oriente, quam in Occidente, rescripta et constitutiones tulerunt. Sed horum epistolae non tam accurate seruatae sunt, quam romanorum Praefulum. Erant autem generatim haec rescripta episcoporum et metropolitanorum primum tantum consilia, ab omni omnino obligandi vi destituta, paullisper vero majoris coeperunt esse pretii, ac inter scripta patrum haberi. Quod primum factum esse in fine seculi quinti et quidem in ecclesia romana constat. Testimonium hujus rei fert *synodus sub P. Gelasio Romae anno CCCCXCIV habita, in qua a septuaginta episcopis decernebatur: vid. C. 3. D. 15. item decretales epistolae, quas beatorum Papae diuersis temporibus pro diuersorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendae sunt.* Interim, vt recte statuit *Mastricht in histor. Jur. Eccles. p. 373.* Canonis auctoritatem inde haud pontificum decretalibus dederunt, sed tantum in censum eorum librorum retulerunt, qui a Christianis tuto sine haereseos aut falsi dogmatis periculo legi poterant, quos libros ecclesiasticos quidam vocarunt. Manet itaque principium illud certum et indubitatum: *pontifices romanos sibi propria auctoritate facultatem leges ferendi tribuisse.*

§. 2.

In praecedenti Sect. VII. de decretalium collectionibus priuato studio adornatis exempla adducta lector inueniet. Sic *Dionysius Exiguus Sec. VI.* decreta et epistolae romanorum pontificum a tempore pontificis *Syricii* vsque ad aeuum *Anastasi* conscriptas collegit. Inter canones tamen hoc volumen decretalium neque collocare, neque canonicam auctoritatem pontificum constitutionibus tribuere voluit. Adparet hoc satis superque ex eo,



quod decretales singulari inclusos volumine, a canonibus separauerit *vid. Sect. VII. §. 6.* Primus, qui decretalibus inter canones locum dedit, fuit *Cresconius*, cujus exemplum alii et potissimum *Isidorus Peccator* sequuti sunt *vid. Sect. VII. §. 7.* Omnes, quas inuenire potuit, quin et spurias decretales suae rhapsodiae inseruit *Gratianus vid. Sect. VII. §. 9.* Post *Gratianum* Decretales a canonibus coeperunt separari et singularim colligi. Inter pontifices primus fuit *Innocentius II*, qui consensu patrum, in *Synodo Romana anno CIOCCXXXIX.* congregatorum, decretalium collectionem publicauit, quam legis vniuersalis vim per orbem Christianum habere simul iussit: Sed ex voto haud cesserunt conamina. Nouum enim et insolitum illud visum principibus regnorumque optimatibus, episcopum romanum terrarum orbi imperare regnisque et imperiis leges praescribere velle. Quam ob causam haec *Innocentii* collectio auctoritate legali haud potita est, quid potius omni vsu, tam in foro, quam extra forum, destituta permanfit.

§. 3.

Quod immediate et directa manu peragere pontifici haud licuit, hoc nihilo secius variis artibus et fraudibus impetrauit. Sic canonibus, vniuersalium ab ipso conuocatorum Conciliorum decretales et epistolas intermiscuit, cujus testimonia in sectione precedenti, quantum satis, adparent. Priuato studio variae postea papalium Constitutionum collectiones prodierunt, inter quas primum obtinet locum: *Canonum collectio in Concilio Lateranensi tertio CIOCLXXIX. latorum*, quibus variae pontificis *Alexandri III.* aliorumque pontificum epistolae insertae et sub certis titulis digestae sunt. Exemplar antiquum hujus collectionis seruari in Bibliotheca, quae *Casellis* est, testatur *G. L. Boehmer c. l. §. 2.* Copia ejus adjuncta est *Corpori Juris Canonici a I. H. Boehmero* anno *CIOCCXLVII.* edito, in cujus appendice II. p. 181. existat. Hac collectione potissimum vsus est *Bernhardus Circa, Praepositus Papiensis*, postea *Episcopus Faentinus*, qui *Alexandri III.* et *Lucii III.* aliorumque decretales epistolas sub certis et fere iisdem formulis digessit, quibus constat collectio *Gregoriana.* Haec decreta-



decretalium collectio vulgo prima habetur, cujus natalem annum CIOCLXXVIII. esse putat L. B. de Senckenberg in *Meditat. ex Jure Publico et privato Fasc. II. Med. V. S. 4.* auctoritate praefationis codicis manuscripti istius collectionis, quem servat Bibliotheca Academiae *Gießensis* permotus. Sed vera docet G. L. Boehmer c. l. §. 2. annum CIOCLXXVIII, qui in praefatione occurrit, non esse editionis, sed potius annum, quo sub P. Alexandro III. Concilium lateranense congregari coepit. Accedit, quod in collectione *Bernhardi Circae P. Lucii III.*, qui anno CIOCLXXXI. sedi pontificiae praefuit epistolae continentur, ex quo facile consequitur, compilationem *Bernhardi Circae*, ista aetate posteriori esse debere. Inter compilatores decretalium quoque refertur *Theodorus Balsamon*, qui eodem fere tempore floruit, quo *Bernhardus Circa*, in fine nempe Seculi XII et principio Seculi XIII. Jussu imperatoris *Emanuelis Commeni et Patriarchae Constantinopolitani Michaelis Anchiali* composuit expositionem sacrorum et diuinorum canonum, sanctorum et celebratissimorum Apostolorum et sanctorum oecumenicarum synodorum ac etiam localium et particularium et reliquorum sanctorum patrum, praeterea earum legum, quae sitae sunt in quatuordecim titulis positae in principio canonum ut sciantur, quae in usu sint et quae non. Opus hoc graece et latine prodiit *Lutetiae Parisiorum* anno MDCXX ex interpretatione *Gentiani, Herueti et Galli*, quae tamen ista in editione interpolata est, vid. *Mastricht c. l. p. 379.* Alia decretalium collectio prodiit Seculo XIII, cujus hi memorantur auctores *Gilbertus* et *Alanus episcopus* quidam *Antisidorensis*, qui *Bernhardum* imitati, collegerunt decretales eorum pontificum, qui post *Bernhardum Circae* vixerunt. Sed his nomen et gloriam fere praeripuit *Ioannes Vallenfis*, qui initio Sec. XIII illorum pontificum, qui post *Bernhardum Circae* decretalium collectionem ediderant, opus suum ex vtriusque *Gilberti* et *Alani* collectionibus congestit, quibus etiam *Coelestini III.* constitutiones addidit et scholiis suis illustravit. Illis postea *Hugo Ferrariensis episcopus* (ab *Innocentio III.* vocatus *Bernhardus Major Compostellanus*.) suas interpretationes addidit vid. *Mastricht c. l. p. 382.* Noua decretalium collectio ex registris P. *Innocentii* adornata existit a *Bernhardo* jam dicto *Compostellano* Romae



mae degente, vnde et vulgo *Romana* dicitur. Hanc vero collectionem, multa, hierarchiae et praxi iudiciorum aduersa, continentem, auctor, iussu *P. Innocentii III*, in variis capitibus mutauit, principiis sedis Romanae magis magisque adcommodauit et, proprio praefixo nomine, anno *1199* edidit *Petrus Beneuentanus Diaconus et Notarius Innocentii III*. vid. *von Espen Scholia in omnes canones P. VII. cap. 2. §. I et II. p. 169.* Prodiit sub auspiciis ejusdem pontificis *Innocentii III. 1199. noua collectio Canonum Concilii Lateranensis IV.* Variorumque aliorum rescriptorum et constitutionum, quae per quinquennium post antecedentem collectionem editae erant. In illarum promulgatione maiori prudentia vsus est pontifex, quam olim *Innocentius* sub primis inualescentis auctoritatis pontificiae incrementis, non quasi orbi imperaturus, eam vbique promulgans, sed prouide et circumspicte eas tantum ad academias et imprimis ad Bononiensem transmittens, vt ex eo loco, quo vndique juris discendi causa frequentes confluebant iuuenes in scholis et iudiciis receptae per omnes mundi penetrarent partes vid. *G. L. Boehmer c. 1. §. 3.* Epistolam *Innocentii III.* ad vniuersos magistros et Scholares *Bononiae* commorantes et collectioni praemissam vid. *apud Augustin. in antiquis Decretal. collect. Paris. 1609.* Dicitur in ea: *quas ad cautelam vobis sub bulla nostra duximus transmittendas, vt iisdem absque dubitationis quolibet scrupulo vti possitis, quum opus fuerit, tam in iudiciis, quam in scholis.* Anno *1197.* nouam decretalium collectionem, potissimum ex propriis suis rescriptis et constitutionibus confici curauit *P. Honorius III.* ac per *Tancredum Archidiaconum* solenniter publicari iussit. Collectionem *Bernhardi Circae, Ioannis Vallengis, Petri Beneuentani et concilii lateranensis IV.* edidit *Augustinus c. 1. Honorianam* sic dictam collectionem edidit et suas animaduersiones adiecit *Innocent. Cironius in quinta Compilatione Decretalium Honorii III. Tolosae 1645.*

§. 4.

Ex recensitis illis antiquis Decretalium collectionibus, ex variis tam ejusdem, quam aliorum pontificum Decretalibus et constitutionibus, ab *Alexandro III.* vsque ad *Gregorium IX.*, vltimus



mus hic *P. Gregorius IX.* CIOCCXXX. opera *Raymundi de Penna fort Ord. Praed. Capellani et Poenitentiarii sui* (qui a scriptoribus nominatur vir religiosus et valde literatus, teste *Io. Andreae* ad *Prœm. Decretal.*) collectionem adornauit et quidem ad eundem fere modum et ex eadem causâ, quam habuit Imperator Justinianus componendi codicis sui, vt scilicet *Praedecessorum suorum constitutiones et rescrypta antea confusa ac saepe discordantes in ordinem concordiamque redigeret.* Collectioni suae inferi curauit *Gregorius IX.*, quae in anterioribus collectionibus omiſsa fuerunt. Putauit pontifex, collectionem suam esse multo vtiliorem, quam omnes priores collectiones, quae per *Gregorianam collectionem* simul abrogatae sunt. Sed proposito pontificis haud respondit euentus. Multa enim vtilia detraxit prioribus collectionibus, aliaque obscura addidit; quare saepe ad priores collectiones recurrendum est. Ipsas constitutiones quidem breuiores fecit, sed fecit quoque obscuriores, nisi itaque recurramus ad fontes, vix veram sententiam deprehendimus. Ex vnus rescrypti corpore plura veluti membra, sub variis titulis posita, si iterum coniungantur, facilius cognoscuntur. In prioribus collectionibus inscriptionum et nominum certior scriptura erat. Collectio itaque haec, quamuis sit quam maxime vitiosa, rescryptis *Gregorii IX.* ad academiâ *Bononiensem* et *Parisiensem* transmissa est, ad vsum scilicet forensem et academicum decretalibus hisce conciliandum. Abstinebat pontifex ab vniuersa per orbis regna et imperia promulgatione; sufficere enim arbitrabatur, eas in academiis et *Italia* promulgari, vt ex iis orbem permearent et in iudiciis auctoritatem consequerentur. *Rescriptum Gregorii IX.* d. d. *Spolet. Non. Sept. 1234.* vid. apud *Raynaldum* in *Annal. Eccles.* ad a. 1234. n. 26. Tom. 13. p. 417. Potissimum autem *Gregorianae Decretales* auctoritatem legalem nanciscebantur exinde, quoniam specificè a *Gregorio IX.* in epistola, qua suam confirmauit collectionem, quaeque incipit: *Rex pacificus*, laudatae et approbatae sunt. Dicitur enim: *volentes, vt hac tantum compilatione vniuersi vrantur in iudiciis et in Scholis, districtius prohibemus, ne quis praesumat aliam facere absque auctoritate sedis apostolicae specialit.* *P. Gregorius IX.* promulgatione decretalium, praeter addu-



Etas rationes, hunc potissimum finem sibi proponebat, scilicet auctoritatem illam nimiam *decreti Gratiani* in foro et academiis destruendi. Quam ob causam academiis jam dictis in usum praelectionum loco decreti commendabat decretales, quia illud multa contineret, quae veritati haud conuenirent. Plura insuper in decreto exstabant principiiis hierarchicis aduersa, quae penitus abrogare et extirpare pontifex constituerat. Sed tantum abfuit, vt pontificis proposito responderet euentus, vt potius *Gratiani* decretum auctoritatem pristinam, vsu academiarum et fori obseruantia ipsi tributam, retineret et studia variorum pontificum de tollenda vel minuenda decreti potestate vt plurimum effectu destituta fuerint. *Collectio Gregoriana* iteratis vicibus edita et glossis illustrata fuit *vid. Mastricht c. l. p. 391—396.*

*) Gregorii decretales, pro argumentorum natura, in quinque libros distributae sunt, in quibus ipsa iuris pontificii materia ad res forenses accommodatissime exponitur, ac *primo* libro agitur de personis, penes quas est iurisdictio et iudiciorum praeparatoriis; *secundus*, de iudiciorum ordine; *tertius* de rebus ecclesiasticis, quae in iudicium venire solent et in specie de clero; *quartus* de criminibus. Veteres Jureconsulti versiculo: *Judex, Judicium, Clerus, Sponsalia, Crimen*, summaria cujuscunque libri indicabant. Quilibet liber diuiditur in titulos, tituli in capitula, id est exigua capita. Est vero omnium titulorum numerus CLXXXV.

§. 5.

Nullam jam amplius decretalium collectionem sperabimus, quoniam Gregorius IX. ad calcem epistolae suae confirmatoriae prohibuit, ne quis aliam compileret, verbis: *districtius prohibemus, ne quis praesumat aliam facere absque auctoritate sedis apostolicae specialis.* Hoc tamen non obstante, multae constitutiones pontificum extra collectionem *Gregorii IX.* in multorum manibus erant, per quarum introductionem in iudiciis plurimas lites ex non vsu illarum ortas, rescindi posse putabat pontifex. Hinc *Bonifacius VIII.* sub finem seculi XIII. in vnum volumen digeri curauit constitutiones posteriores ipsius *Gregorii IX.* et sequentium pontificum, *Innocentii* scilicet *IV.*, *Gregorii X.*, *Clementis IV.*, *Nicolai III.* et sui ipsius. Adjunctae sunt duorum conciliorum *Lugdunensium*



nensium constitutiones sub *Innocentio IV.* anno *CIOCCCLIV* et sub *Gregorio X* anno *CIOCCCLXXII* celebratorum. Collectionem *Decretalium Innocentii* et *Gregorii X.* vid. apud *Harduin Concil. Tom. VII. p. 386* et *705.* Codicem manuscriptum glossatum seruat bibliotheca *Berolinensis.* Vid. *G. L. Boehmer Obs. Jur. Can. §. 4. Collectio Bonifacii* per *Guilielmum Archiepiscopum Ebrundunensem* et *Richardum ecclesiae Romanae Vicecancellarium* recognita et in separatum librum collata est. Constituit haec juris Canonici *tertiam* partem et inscribitur: *sextus decretalium liber*, quoniam ad quinque reliquos a *Gregorio IX.* libros editos accessit. Est quoque *sextus decretalium liber* eodem ordine compositus, quo *decretales Gregorianae* sunt digestae, ideoque et eodem modo in quinque diuiditur libros et hi iterum in titulos, tituli autem in capita, haec in paragraphos dispescuntur. Summa omnium titulorum est *LXVII.* De legali libri *sexti decretalium* auctoritate haud dubitandum est. Speciatim enim a *Bonifacio VIII.* in forma consueta adprobatas et academiae *Bononiensi* ad vsum scholae et fori commendatas est. Dicitur enim in fine mandari, libro *sexto decretalium*, loco confirmationis praemisso: *Vniuersitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus librum huiusmodi cum multa maturitate digestum, quem sub bulla nostra vobis transmittimus, prompto suscipientes affectu, eo vtamini de caetero in iudiciis et in Scholis: nullas alias praeter illas, quae inseruntur aut specialiter reseruantur in eo decretales aut constitutiones a quibuscunque praedecessoribus nostris romanis pontificibus post editionem dicti voluminis promulgatas, recepturi vterius aut pro decretalibus habituri.*

*) *Bonifacius VIII.* erat pontifex arrogans, auarus, valde ambitiosus, inquietus, ad discordias excitandas et fouendas promptus paratissimusque. Quod admodum satis ex illa praefatione monarchica, quam suae collectioni praemisit, colligi potest. Sua enim constitutione, quae incipit: *vniam sanctam &c.* occidentem etiam in secularibus sibi subicere voluit; ea autem, quae incipit: *laicos clericis infestos esse &c.* immunitatem ecclesiasticam plane absolutam, independentem et supremam inspectioni regiminis haud subiectam magna cum audacia statuabat. In primis cum *Philippo pulchro Rege*, regni *Galliae* immunitatem defendente et papalibus mandatis et rescriptis obedientiam denegante, graues inimicitias miscuit, quae receptionem libri *sexti decretalium* in *Gallia*



impediuerunt. Ideo enim inquit *Duarens Lib. de Sacr. Eccles. Minist.* in francia librum sextum decretalium non receptum esse accepimus, quod, quae in eo exstant constitutiones, pleraeque in odium et aemulationem Philippi pulchri, Regis francorum editae et ad romanae aulae quaestum excogitatae credantur.

§. 6.

Initio seculi XIV iussu *P. Clementis V.* qui *Benedicto XI.* successit et sedem pontificiam *Roma Auenionem* transtulit, noua adornata est decretalium collectio partim ex canonibus Concilii *Viennensis*, partim ex propriis suis constitutionibus facta. Hanc collectionem proposuit *P. Clemens V.* in publico Cardinalium confistorio *D. XII. Calend. Aprilis* anni *1369* et collegii sacri adprobationem facile impetrauit. Volunt Doctores, *Clementi* adornatam collectionem postea displicuisse, eumque animum reuocandi eam habuisse, quam ob causam solemnem publicationem, vel transmissionem ad studia generalia siue academias quoque omisisse ferunt. Rationes, quas adducunt, sunt: partim, quia in Concilio *Viennensi* multa iniusta et inprimis aduersus ordinem *Templariorum* statuta erant, partim, quia in illa collectione multa, religionis libertati et *Christianae* simplicitati aduersa continebantur. Sed, quamuis vna fere scriptorum vox sit, constitutiones *Clementinas* per academias haud esse promulgatas, tamen illud non omnino verum esse euincit celeberr. *G. L. Boehmer* in *Diatrib. de Clement. quae exstat in eius Obs. Jur. Can.* Adduxit ad hanc probandam sententiam vir *Celeberrimus* ex instructo manuscriptorum adparatu Bibliothecae, quae *Cassellis* est, copiam epistolae *Clementis* ad academiam *Aurelianensem* datae. Pace *Illustris Boehmeri* hoc loco quoque inferam: *Clemens* episcopus, seruus seruorum *Dei dilectis filiis, magistris et Scolaribus Aurelianis commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem.* Quum nuper in Concilio generali *Viennensi* et ante et post quasdam constitutiones super certis articulis duxerimus promulgandas, vobis per apostolica scripta mandamus, quatenus eis, quas sub bulla nostra vobis transmittimus, vtamini a modo tam in iudiciis, quam in *Scolis.* Obseruat *Boehmerus* d. 1. annum epistolae adiectum haud fuisse, sed, quum *Clementinae* *D. XII. Calend. April* 1369.



cccccxiii. in consistorio Cardinalium {promulgatae sint, Cle-
 mens D. XII Aprilis cccccxiv. diem supremum obierit, intra
 illum annum scriptum eandem esse oportere. Rationes, quae
Clementem commouerunt, quo minus collectionem suam ad alias
 academias in *Gallia* celebres transmiserit, recenset *Boehmer c. l.*
§. XI. Harum potissima fuit, quia scilicet neque in *Gallia*, ne-
 que in *Italia* alia fuit academia litterarum gloria celebrior. *P.*
Clemente anno cccccxiv. mortuo, sede Romana per biennium
 vacante tandem D. VI, Iduum Augusti cccccxvi. electus est *Io-*
annes XXII. Quae haecenus veluti in medio relictae erant *Clemen-*
tis constitutiones, tandem quadriennio post, pontificatus sui anno
 secundo, promulgauit *Ioannes XXII.* easque D. VIII. Nouembr.
 cccccxvii ad academiam *Bononiensem* et deinde quoque ad alia
 generalia studia cum praefatione sua transmisit. *G. L. Boehmer c. l. §. 13.*
Biterris in vita Clementis V. p. 110. Auctoris tamen et compilatoris
 nomen seruarunt constitutiones *Clementinae*, quamquam ab alio
 publicatae. Constitutiones *Clementinae* nonnunquam *libri septimi*
Decretalium nomine veniunt. Sed in foro non obtinuit haec appel-
 latio, quod glossa eam haud agnouerit *vid. Boehmer c. l. §. 13.* Ra-
 tionem forsitan esse puto, quia *Clementinarum* collectio nullas fere
 alias continet constitutiones praeter illas, quae sunt *Clementis* ip-
 sius et illas, quae in *Concilio Viennensi* editae sunt. Ordo *Clemen-*
tinarum constitutionum eadem est, quae in compilatione *P. P.*
Gregorii IX. et *Bonifacii VIII.* *Clementinae* constitutiones eodem
 modo diuiduntur in quinque libros, juxta materiarum ordinem,
 in super posito versu expressum: *Judex, iudicium cer. Summa*
titulorum est LII.

§. 7.

In Corpore Juris Canonici adhuc exstant *P. Ioannis XXII.*
Extravaugantes, numero viginti, sine pontificis iussu ab ignoto quo-
 dam editae. *P. Ioanne* anno cccccclxxxiv. defuncto, alia collectio,
extravaugantium communium titulo insignita, prodiit, illorum praeci-
 pue pontificum, qui vel ante, vel post *Ioannem XXII.* vixerunt et
 quidem in specie *Eugenii IV., Calixti II., Pauli II.* et *Sixti IV.* *Com-*
munes appellantur, quoniam non vni, sed pluribus pontificibus
 debentur. *Extravaugantes* vero ideo, quod ante hoc tempus *ex-*
tra



tra corpus Juris Canonici vagarentur, siue quoniam extra corpus collectionum canonicarum vagerentur, incertae adhuc, num recipiendae essent, nec ne. Vtraque Extrauagantium collectio priuato studio suscepta; neutra publica auctoritate fuit munita; neque postea aliter vim in iudiciis olim exseruit, quam, si vel ex registris, vel ex plumbo formaque sigilli probari possit vsus. Quoniam vero sunt diuersorum pontificum decisiones, juris consultorum romanorum noris et glossis illustratae, a multis denique temporibus corpori Juris Canonici insertae, hinc multi et insignes doctores juris auctoritatem et vim legalem illis tribuunt *vid. Ziegler de Orig. et increm. Jur. Canon. §. 58.* Extrauagantes diuiduntur in quinque libros, vt reliquae decretales, sed vacat liber IV. in communibus, forsân, quia nullae constitutiones reperiae in eum librum referendae.

§. 8.

Ex hisce partibus constitutum est Corpus Juris Canonici, quo hodie vtimur, ad imitationem corporis Juris ciuiliis Iustiniani adcommodatum, ita, vt fere Decretum Pandectis, decretales Codici, reliqua Nouellis haud incongrue possint comparari. Vt enim Digesta desumpta sunt ex veterum Iureconsultorum scriptis; ita etiam decretum ex canonibus, siue patrum in conciliis congregatorum dictis est desumptum. Decretales vero conuenientiam quandam habent cum codice Iustiniano. Quemadmodum enim hic codex continet imperatorum constitutiones, ita etiam decretales continent pontificum decreta et constitutiones. Deinde in decretalibus seruatur ordo, sicut in codice Iustiniano, quod tamen aliquando fallit, quod probat *cap. I. et capit. sequens de iurej.* Publicatis extrauagantibus, de collectionibus vel canonum vel constitutionum papalium amplius haud fuit cogitatum. Rationes optime delineauit *Thomas. Praecog. Jurisp. Eccl. §. 25.* qui pro ratione collectionum intermissarum potissimum adducit: quod pontifices senserint, solam collectionem decretalium, rescriptorum et epistolarum non sufficere ad stabiliendam aut firmandam hierarchiam, sed aliis potius artibus esse opus, quum inprimis *legistae, canonistarum* conaminibus se omni opponerent modo, ac jura
impe-



imperatorum contra canonistas tueri studebant. Pro ratione etiam afferri forte potest, quod post reformationem mox sequutam pontifices in constitutionibus suis dulcius canere coeperint.

*) Prodiit quidem in fine seculi XVI. decretalium collectio opera *Matthaei Jurisconsulti Lugdunensis et seprimus decretalium liber* vulgo vocatur. Continet ille constitutiones, quae post promulgationem sexti voluminis editae fuerunt. Sed haec collectio nunquam, nec expresse, nec tacite, confirmationem obtinuit, potius omni auctoritate legali destituitur. Nulla enim hujus collectionis constitutio, in foro forsan allegata, valet, nisi bullae in forma authentica cum plumbo et subscriptione produci possint. *Vid. Ziegler c. l. §. 59. Maastricht c. l. n. 388.* Publica quoque auctoritate nouam decretalium collectionem *Gregorius XIII.* ejusque in sede pontificum successores, *Sixtus V.* tentarunt, sed, variis ortis contentioneibus, opus jam perfectum suppressum est. *Vid. Struv. hist. Jur. Can. §. 33.*

***) Ne quid, vt in omnibus cum corpore juris civilis conueniret corpus juris canonici, deesse videatur, seculo XVI. *Paulus Lancellortus Jurisconsultus Perusinus* parem cum *Triboniano* gloriam aucupatus, institutiones juris canonici adornauit, quae tamen nunquam publice a pontifice (vt constat ex eorum proëmio) adprobatae sunt et hinc auctoritate legis authenticae destitutae manserunt, licet quidem seculo XVII sub *P. Paulo V.* ad variorum instantiam corpori juris canonici hodierni additae sunt. Saepe quidem pontificis confirmationem petiit *Lancellortus*, sed semper ab aemulis et aduersariis impediabatur, ne voti sui compos fiat, vt ipse latius descripsit in commentariolo ea de re confecto, quem praeposuit suo labori. Quum itaque sentiret, frustra se pontificis confirmationem expectare, institutiones suas priuata auctoritate paulo ante *Concilium Tridentinum* anno *MDCLXIII.* publicauit, ne scilicet, si diutius editionem distulisset, cogeretur, multa emendare secundum istius concilii canones. Finito concilio, saepe rogatus est *Lancellortus*, vt mutata in concilio institutionibus insereret; sed id facere semper detrectauit, dixitque, *se exemplum Iustiniani sequi, qui propter mutationem in codice repetitae praelectionis et Nouellis nunquam mutauerit institutiones.* *Lancellorti* institutiones postea maximam auctoritatem tam in foro, quam in academiis, consequutae sunt. In Scholis nempe sunt expositae et glossis iterum iterumque illustratae. Optimos in *Lancellortum* commentarios debemus *Zieglero, Doviatio* et praesertim *Christiano Thomasio.*

****) Scripsit quoque *Antonius Cuchus Jurisconsultus Ticinensis* institutiones juris Canonici, quas edidit anno *MDCLXIV.* Hic quoque concilium *Tridentinum* praenuenire studuit et omnem operam, operi suo,

vt



vt in praefatione testatur, impendit. Eandem cum *Lancellotto* laudent anhelasse et vnum alteri impediuisse, quo minus pontificis nomine alterius labor publicaretur, in aprico est. *Cuchi* institutiones postea in quarto editae notisque illustratae, institutionibus *Lancellotti* praefertuntur a nonnullis doctoribus. Interim nec pontifices eas confirmarunt, nec illarum adjunctionem corpori juris canonici hodierno permiserunt, vid. *Ziegler c. l. Maßricht c. l. p. 422.*

****) Complexus harum corporis Juris Canonici, quas recensui, partium, mox *Jus Canonicum*, mox *Jus pontificium* appellatur. Hoc nomen in specie denotat *complexum legum a Pontifice Romano in Decreto Gratiani et epistolis decretalibus promulgatum*. *Jus Canonicum* autem in sensu proprio significat *complexum regularum, in conciliis, siue generalibus, siue provincialibus, ecclesiae dirigendae causa, statutarum*. Sic canonicum deriuatur a canone siue regula, siue instrumento, architectis proprio, ad recitundines expendendas et postea ad regulas viuendi translato; quippe canones normam recte viuendi praebent et quod distortum prauumque corrigunt vid. c. 3. D. 13. Vocatur etiam jus pontificium, quia Romanum Pontificem auctorem habet, quamuis *Schilter* in Praefat. Inst. Jur. Can. accuratius ita distinguat, vt jus canonicum magis in decreto *Gratiani*; in decretalibus autem jus pontificium contineatur. Contigit tamen, vt, mutato natiuo vocabulorum significato, voces perturbatae fuerint, quemadmodum pontificii Jus canonicum vocant: *leges, a pontifice Romano, vel sancitas, vel ab eo approbatas, quae ad cultum diuinum spectant, vt ad vitam aeternam adspirare queant*. Adparet inde, nullius plane momenti esse distinctionem adductam inter Jus Canonicum et Pontificium. Vid. *Titius* in der Probe des teutschen geistlichen Rechts Lib. 1 cap. 2 §. 48. Quoniam autem post sacra a *Luthero* reformata, quaedam Juris Canonici et pontificii placita ab Euangelicis sunt retenta; alia autem rejecta, a jure canonico pontificio *Jus ecclesiasticum Protestantium*, religionem moresque Euangelicorum determinans, coepit distingui vid. *Engau* in *Elem. Jur. Canon. Proleg. cap. 5. §. 129.* De variis editionibus Corporis Juris Canonici vid. *Lippenius* in *Bibliotheca jurid. real. Tom. I. p. 176.*





SECTIO IX.

DE

RECEPTIONE IVRIS CANONICI IN GERMANIA EIVSQVE VSV, SPECIATIM INTER PROTESTANTES.

§ I.

Canonum et Decretalium collectiones plerumque auide esse receptas, jam ex praecedentibus satis adparet. *De codice canonum ecclesiae vniuersae*, quum in vniuersa obtineret ecclesia, vix dubitari potest, magnum ejus in *Germania* valorem fuisse, vsque dum codex *Dionysii Exigui*, *Carolo M.* ab *Hadriano* Papa commendatus, in *Galliae* et *Germaniae* ecclesiis introduceretur *vid. Sect. VII. §. 6.* Nec minoris in *Germania* auctoritatis collectiones *Istori Mercatoris*, *Reginonis Prumiensis*, *Burchardi Wormatiensis* et *huonis* fuisse, quas in vsum germanorum conscriptas summam apud eos habuisse auctoritatem, admodum probabile est *vid. Boehmer de praxi Jur. Can. in terris Protest.* Potissimum autem *Decretum Gratiani* valde se *Germanis* commendasse, dubio plane caret. Post *Gratiani* collectionem in ipsa imperatoris aula floruerunt magnique habiti sunt, sic dicti *Decretistae*. Omnia canonum et decretalium sancita falsa illa opinione, quam sibi de pietate et aequitate eorum conceperant, *Germaniae* principes permoti, in pretio habuerunt, quod testatur *Boehmer Jur. Eccl. Protest. L. I. T. 2. §. 42.* In diplomatibus seculi XII. renunciatum exceptionibus juris Canonici. Sic apud *Guicheon in Biblioth. Sebus. Cent. II. n. 54.* contrahentes renuntiant exceptioni non numeratae pecuniae et non habitae et omni legum et canonum auxilio super hoc competenti. De ejusmodi renuntiatione existant quoque varia exempla seculi XIII. apud *Hertium in Diff. de consult. legibus et Judiciis, Special. Rerump. §. 13.* Seculo quoque

C

que



que XIII *Gregorii XI.* decretales prodierunt, quas vbique in *Germania* receptas, turbatus *Germaniae* status, episcoporum summa, qua pollebant, potestas, et pontificum auctoritas nos credere iubent *vid. Helfeld. histor. Jur. cap. IV. §. 43.* Accedebat, quod pleraeque pontificum decisiones e glossatoribus juris ciuilibus desumptae erant, qui vero ab omnibus magnopere aestimabantur. Circa initium seculi XIII. in Academia *Bononiensi* et *Parisiensi* Jus Romanum aequae ac canonicum publice docebatur. Fama autem, quae tum erat academiis, ex omnibus prouinciis et regnis infinitam hominum multitudinem ibidem conflauit. Sic antiquus *Juris* interpretes *Godofredus* memoriae tradidit, *Azonis* tempore, qui circa finem seculi XII. floruit, *Bononiae* circa decem millia studiosorum fuisse, testante *Bolognino ad Auth. habita C. ne filius pro patre.* Studiosorum *Bononiae* commorantium magna pars erat iuuentutis *Germanicae.* Quis itaque dubitabit, iuuenes *germanos*, reduces factos, ea, quae didicerant *Bononiae*, in pretio habuisse, iura, quibus instituti erant, in praxin deduxisse et ad obuenientes casus applicasse, neglectis consuetudinibus et moribus patriis, quibus non erant assueti. *Juri Canonico* singulare hoc obtigit prae *Jure Justiniano*, quod circa eadem tempora publicis legibus ejus in *Germania* auctoritas sit stabilita. Sic imperator *Fridericus II.* in *Recessu Moguntino* de anno *CIOCCXXXVI.* statuit: *Wir gebiethen auch vestiglich, daß man in allen Römischen Reich in geistlichen Dingen nach Gebotthen und nach Art der Erzbischöffen sich habe, und jeglichen Bischof oder Erz-Priester nach geistlichen Rechte richte. Vid. Goldast Reichs-Satzungen P. II. §. 17.* Idem reperitum est a *Rudolpho Habsburgico* et in *Recessu Würzburgensi* de anno 1287 et in *Recessu Spirensi* anno 1291, quo etiam spectat auctor *Speculi Sueuici* L. I. cap. 5. *Uß die zweien Bücher nimmt man alle die Recht, deren geistlichen vnd weltlichen Gerichte bedarf.*

§. 2.

Vt autem *Jurium domesticorum* auctoritatem conservarent *Germani*, varia, tam publica auctoritate, quam priuato ausu eligebant media. Eum in finem specula illa, mores *Germanorum*, tam vniuersales, quam singulares continentia, sunt compilata, varia



ria statuta condita, immo ipsi imperatores, praesertim *Fridericus III.* jura peregrina legali fulmine extirpare contendit. Non quidem Jurium domesticorum conseruatio vnica ratio erat, imperatorem ad abrogationem juris canonici mouens, sed potissimum *P. Eugenii III.* audacia, qui in *Concilio Ferrarense* et *Florentino* anno *MDCCCXXXIX.* habito, absque ecclesiarum germanicarum consensu, plures adhuc incognitas introducere studebat doctrinas, v. c. de dominatu vniuersali, purgatorio, septem sacramentis, libris apocryphis et transsubstantiatione. Ex actionibus a pontifice haecenus susceptis, satis jam adparebat, crescente jurium papalium auctoritate, vnice fere effrenatam hierarchiam pro scopo habentium, libertatem germaniae antiquam admodum debilitatam fore, Quam ob causam sufficientes jam aderant rationes, in *Proiecto Reformationis de anno MDCCCXLIII. art. V.* sanciri. *Alle Doctores der Rechten, sie sind geistliche oder weltliche im heiligen Römischen Reich teutscher Nation, sollen nach laut der sürgenommenen Reformation, an keinem Gericht, bey keinen Rechten, auch in keines Fürsten oder andern Rathen mehr gelzen, sondern ganz abgeben werden. Sie sollen auch sürb.ß hin vor Gericht oder Recht nicht weiter reden, schreiben oder Rath geben.* Huic articulo variae subjunctae sunt declarationes, quarum prior est: *ist im heiligen Römischen Reich teutscher Nation also sürgenommen, daß an keinen Richten, hoch oder niedern Standes keine Doctores sollen sitzen, helfen Recht sprechen, schöpfen noch beschliessen. Wenn ihnen das härter, dann den Leyen verschlossen ist, und kan ihr keiner einen Schlüssel dazu finden, biß beyde Theil arm werden oder gar verdorben sind, aber der Leye behält doch den Schlüssel zum Rechten bey ihme, daß man zu ziemlicher Zeit das Recht herfür bringen mag. Aus diesen Vrsachen kan die Gelehrten in keinen Richten mehr leiden. Dazu sind es nur besoldete Knechte und nicht Erb-Diener des Rechten.* Altera declaratio est: *daß im ganzen Römischen Reich Teutscher Nation, keine Doctores mehr vor keinen Richten weder reden, procuriren oder weiter procediren sollen, in Schriften oder andern Rathschlägen, sondern aller weltlichen Richt müßig stahn: Darumb, daß sie Stiefväter und nicht die rechten Erben des Rechten sind. Denn sie nehmen ihme den Grund der Wahrheit, und bringen durch ihren unordentlichen*



ordentlichen Geitz das Recht zu einen solchen Unglauben, daß kein fromm Mann sein Vertrauen darin mehr setzen mag. Das hat euer verkehrte Lehre inner 50 Jahren zu Wege gebracht, wo ist es vor erhört worden. Porro subjungitur declaratio: daß im gantzen Römischen Reich teutscher Nation zugelassen ist, und allen Ständen, Fürsten, Grafen, Freyen, Herrn, Städten und Gemeinden vergund, Doctores und Lehrer der Rechten zu halten: doch mit solcher Form und Maß, daß sie in kein Reichs-Rath als Anwald oder Verweser auch in ander Wege nicht gehört, oder zugelassen werden, dergleichen weder in Fürsten oder der Städte Rath gehört oder Raths weise gehört werden sollen; ob aber Fürsten dergleichen Städte und andere je Doctores haben wolten, den mögen sie eigen Rathstuben halten, wann ihnen schwere Handel fürfallen, daß sie ihm darüber Rathschlag machen mögen. Damit mögen sie eines Fürsten oder einer Stadt Heimlichkeit nicht gründlich erfahren: dann bey ihnen nichts verschwiegen ist. Sie seint nicht anders Rathe, denn des Solts und des Geitz.

§. 3.

Sed vana fuit sine viribus ira et non obstantibus hisce conaminibus, jura illa peregrina innumeras veterum Germanorum consuetudines fere oppresserunt. Imprimis vero Academiae circa Sec. XV. in Germania erectae, in quibus juris Romani et Canonici Professores introducebantur, haud parum juuabant ad auctoritatem jam consuetam, stabiliendam et augendam magis magisque. Juris Canonici vsus itaque non poterat non esse frequens, imprimis, quia partim hoc jus prius quam jus romanum notum erat germanis; partim, quia principia ejus se omnibus propter imaginariam aequitatem et pietatem commendabant; potissimum autem, quoniam principia Juris Canonici statui germanicae reipublicae magis conuenientiora esse statuebatur. Tandem auctoritas diuersarum legum, haecenus de praerogatiua inter se certantium, publica auctoritate definienda erat, quod non solum in prima Ordinatione Camerali, sed etiam variis subsequentiibus imperatorum constitutionibus factum, in quibus sub voce, *de rer gemeinen Rechte* tam Jus Romanum, quam canonicum intelligitur vid. perill. *Nettelbladt Syst. Elem. Vniu. Jurisp. Obs. V.* Sic dicitur



dicitur in Ord. Camerali P. I. T. 13. §. 1. die Beyſitzer ſollen nicht nach eigenen Gutbefinden, ſondern nach des Reichs gemeinen Rechten Urtheil faſſen. Tam aſſeſſores in Judicio Camerae, quam aulico, jurare tenentur: Auf des Reichs Conſtitutionen und die gemeine beſchriebene Rechte vid. Ord. Jud. Aul. Tit. 3. §. 7. Inter varios autem, qui jurium peregrinorum auctoritatem determinant paſſus, potiſſimum ille in Ord. Jud. Aul. Tit. I. §. 15. obuius notatu digniſſimus eſt: So dann zuſörderſt unfere Römische Kayſerliche Wahlcapitulation, Reichsabſchiede, Religion und Proſan-Frieden und den jüngſten Münſter und Osnabrügischen Friedensſchluß nah Ausweiſung des 17 Art. §. 1. 2. wie auch jedes Standes, Landes, Orts und Gerichts, ſonderlich die gebührlich allegirte und probirte Privilegia, gute Ordnungen und Gewohnheiten, und in Mangel derſelben die Kayſerlichen Rechte und rechtmäßige Obſervationes und Gebräuche in Acht nehmen und nach denſelben ihre Decreta, Beſcheide oder Urtheil richten. Dicitur porro in ſine Ord. Jud. Aul. §. 24. Tit. 7. So ſollen auch unfere Kayſerliche Wahl-Capitulation — corpus juris civilis et canonici und der Stande Privilegia, auf des Reichs-Hofrats-Taſſel, damit man ſich deren in zweifelbaſten Fällen gebrauchen könne, ſlets vorhanden ſeyn, und von ſelbiger nicht verrückt werden. Ad paſſus, quibus jura peregrina legibus imperii confirmantur, pertinet quoque Ordinatio Notarior. Maximilian I. de a. c1510xii. Notarii enim obſervare et conferre jubentur ea, quae in den gemeinen Rechten ſunt ſtatuta. Porro huc referenda Ord. Cameral. Ratiſbonae c1510vii. §. 12. Ordinatio Cameral. Auguſtan. de c1515. lit. 19. Reſſus Imperii Nouiſſimus §. 105. In praefatione conſtitutionis Carolinae cauſa principalis ejus compilationis dicitur, imperatorem ea propter conſtitutionem criminalem promulgandam voluiſſe, quo in poſterum eo accuratius juribus communibus conuenienter pronuntiarı queat. Addit: daß ſich alle und jede des Reichs Vnterthanen dem gemeinen Rechten, Billigkeit und löblichen hergebrachten Gebräuchen gemäß halten mögen, quod etiam in Ord. Cam. Tit. 13 praecipitur et aſſeſſores Camerae, antequam inauguran- tur jurare tenentur, quod judicare velint: nach redlichen ehrbaren Gewohnheiten. Hiſce verbis quoque Jus Canonicum comprehendı dubio caret. Integro enim Seculo ante Jus Juſtinian-
C 3
neum,



neum, jus Canonicum in *Germania* receptum est et judicia secularia propter opinionem de prudentia et sanctitate ejus ut jus fere domesticum considerabant, hinc eo tempore Jus Canonicum sub verbis: *derer gemeinen Rechte, derer redlichen ehrbaren Gewohnheiten*, comprehendi certum est. *Kulpisus* quidem in *Diff. de Germanicarum legum ac romani juris in republica nostra auctoritate praesenti*, sub voce *jurium communium*, jus canonicum plane non intelligi, ex ordinatione pacis publicae de anno *CIOCCCLXXXV*. frustra defendit *vid. Helfeld in histor. Jur. p. 184.* Huic sententiae fere assentitur *Couring. de O. I. G. c. 33. p. 219.* et Jus Romanum solum hac denominatione comprehendi vult. Sed vera statuit *Thomas. t. 1. c. 22. §. 7.* quod in legibus imperii nostri non sit promiscuus illarum phrasium usus. Terminus quidem, *Kayserlich Recht* semper denotat Jus Romanum; vox autem *gemeine Rechte* de Jure Romano et Canonico simul intelligenda sunt. Non solum hoc ex textu legum Imperii allegato satis constat, verum insuper magis illustratur per *Const. Carol. V. de CIOXXXIX. §. 1. contra anabaptistas promulgatam; Wie wohl in gemeinen Rechten und sonderlich in Kayserlichen Gesetzen die Vntauffung bey Straffe des Todes verboten.* Manet itaque principium plane indubitatum, sub voce, *jure communi*, regulariter simul intelligi Jus Canonicum, nisi contextus aperte ostendat, aut alia interpretationis ratio suadeat, sermonem esse de solo Jure Justiniano *vid. Boehmer I. E. P. Lib. 1. Tit. 11. §. 56.* In *Megapoli* vi *Ordin. Dyc. Prov. Aul. P. I. Tit. 15. 16* tam Praefes, quam Vicepraefes Prouincialis Judicii Aulici jurare tenentur, se velle judicare secundum privilegia, statuta, obseruantias, leges, tam vniuersales imperii, quam particulares Prouinciae et omnibus hisce deficientibus secundum *jura communia v. den gemeinen beschriebenen Rechten.* In dicta Ordinatione *Tit. IV.* dicitur: *es soll der Landrichter, Vice-Landrichter und Assessores in keiner Sache, wie gering dieselbe auch seyn kann und mag, allein auf ihr Gutbedünken, oder bey ihnen selbst allein gefassete Billigkeit, oder eigen gemachten und nicht dem Rechten gemähs informirten Gewissen, sondern nach des heiligen Römischen Reichs gemeinen Rechten, Abschieden und unsern Fürstenthümiern und Landen,*



Landen, ehrbaren Ordnungen, Statuten und redlichen vernünftigen Gewohnheiten, — — Priuilegien und Begnadigungen — — — männiglich was Standes oder Würden die seyn, ohne einige Affecten gleichmäſſig Recht sprechen.

*) *Quamuis Boehmerus in Praefat. ad primam edit. Jur. Paroch. in ea versatur opinione, omni in casu specialem Juris Canonici receptionem esse probandam, nec militare praesumptionem pro eo, qui ad fundandam intentionem ad Jus Canonicum prouocat, tamen contraria sententia ex legibus imperii satis jam apparet. Fundamento itaque destituitur sententia statuentium, Jus Canonicum in quibusdam tantum materiis valere, vel post reformationem sub Imperatoribus Maximiliano I. Carolo V. et Ferdinando plane esse abrogatum. Pristinam potius auctoritatem superstitione et hierarchia stabilitam retinuit quoque in illis casibus, in quibus scilicet abrogari potuisset ac debuisset, quum principis Augustanae Confessionis satis aperte repugnat. In rebus civilibus itaque valorem seruauit etiam post reformationem, quod satis confirmatur per Ferdinandi III. Ord. Jud. Aul. de anno MDCLIV. quo constitutum: Es solle das corpus Juris Canonici et civilis allezeit auf der Reichs-Hofrats-Tafel seyn, damit man sich derselben gebrauchten könne. Optandum sane esset, ut Lutheri res ex voto cessisset et hoc majestatis fulcrum penitus apud Protestantes esset abrogatum. Vid. Deinlin de Luthero in exterminando Jure Canonico frustra laborante Gleichmann de penitus abrogando et tollendo Jure Pontificio e foris.*

§. 4.

Jus Canonicum in Germania receptum est in subsidium legum imperii scriptarum, legum particularium scriptarum post receptionem jurium peregrinorum latorum, veluti legum prouincialium et statutorum. Si itaque Jus Canonicum his repugnat, ex potestate, quae imperatori et statibus in imperio, vel quoque singulis statibus in suis competit territoriis, leges latis et receptas abrogandi satis colligi potest, jus patrium, prout in statutis, legibus prouincialibus continetur vel consuetudinibus obseruatur, praefendum esse juri peregrino, scilicet canonico. *Vid. Rec. Imp. de 1654. §. 106. et Ord. Jud. Aul. Tit. 1. §. 15. Tit. 7. §. 24.* Leges enim domesticas nec abrogare voluit, nec potuit imperator, quod satis patet ex modo receptionis jam notato. *Vid. Horn de praerogatiua morum in concursu cum legibus peregrinis.* Interim notandum



randum est, quod sub nomine legum patriarum haud veniant omnes leges, quae vnquam in *Germania* valuerunt. Tunc enim iura patria praeferuntur receptis, si de eorum existentia et valore certo non constat. Distinguendum itaque est inter Jura Germanica, quae ante receptionem iurium peregrinorum fuerunt, et ea, quae postea sunt introducta. Haec praeferuntur et pro eis est praesumptio. Illa vero ab allegante sunt probanda. Non itaque Jus Germanicum ex illis praeiudicis germanicarum gentium legibus aestimandum est, quales sunt leges tam scriptae, quam non scriptae veterum germanorum tempore receptionis iurium peregrinorum existentium. Ad haec leges referimus singulorum *Germaniae* populorum eorumque vel extra *Germaniam* migrantium veluti *Longobardorum*, *Gothorum*, vel in *Germania* persistentium, veluti *Saxonum*, *Alemannorum*, *Capitularia regum Francorum*. Porro huc pertinet *Speculum Sueuicum*, *Saxonicum* et *Magdeburgicum*. Sed, quum priores leges in *Germania* nunquam vniuersales fuerunt et imprimis *capitularia* cum imperio *Francorum* in *Germania* desierunt, satis patet, illas haud posse praeferrí Juri Canonico. *Speculum* autem imprimis *Saxonicum* et jus municipale *Magdeburgicum* dudum obsoleuerunt et nullam amplius usum habent, *Speculo* *sueuico* autem nullus in foro vigor tribuitur *vid. Helfeld c. l. c. 4. §. 24 et 35.* Pro ratione, quod sublata sint illa iura antiqua, quoque adduci potest, partim, quia status Reipublicae nostrae mutatus est; partim, quia auctoritate priuata sunt collecta, partim, propter textum *Ord. Jud. Aul. Gebührlich allegerie und proibte Gewohnheiten.* Jura itaque illa allegans non fundaram habet intentionem, sed receptionem hujus vel illius veterum Germanicorum legis speciatim debet probare, nisi satis jam constet, jura illa antiqua diuturna obseruantia esse conseruata. Per jura autem noua, quae praerogatiuam habent prae Jure Canonico intelligimus partim jura noua Germanica per constitutiones imperii speciales et alia statuta stabilita; partim consuetudines quasdam Germanorum vniuersales, quas sequimur, licet nulla lege scripta sint confirmata, quae plane nulla indigent probatione; consuetudines parriculares, quae passim vigent, quarum tamen vsus ex tacito principis consensu saltem probandus est.



est. *Vid. Stein an et quatenus juri peregrino competat praerogatiua prae veteri jure Germanico. Hommel de Proaedia legum peregrinorum prae jure patrio antiquo in foris Germanorum. Heidelmann de receptione juris peregrini ejusdemque et legum veterum Germanorum in foris vsu auctoritateque praesente. L. B. de Cramer de praesumptione contra jura antiqua Germanorum. Westphal de juris Romani diuersa indole et diuersa ratione obligandi in foris apud Romanos et Germanos. Thomaf. de recte formando statu controuersiae, an iurium peregrinorum sit frequens, an exiguus vsus in foris Germaniae. Linck de juris peregrini receptione atque auctoritate in Germania.*

*) Sunt quidam, statuentes, Jus Canonicum in nostris foris non vi receptionis solum, sed potius vi promulgationis et instar legis domesticae valere et hoc in primis de quatuor Conciliorum Oecumenicorum canonicibus defendunt. Sed confundere videntur notionem juris domestici et illius, quod modo vi receptionis valet, nec imperator et imperium vnam pontifici aut vlli concilio facultatem leges ferendi tribuerunt, sed potius variis in casibus, omnibus conaminibus pontificis et conciliorum huc spectantibus se opposuerunt, nec ad stabiliendam thesin *No- uella 131. cap. 1. allegari potest. vid. Selt. VIII. §. 3.*

***) Jus Canonicum in Germania modo receptum est in subsidium legum domesticarum et inter Protestantes in primis, tam in secularibus, quam in institutis ecclesiasticis communibus, quoad ejus principia Augustanae Confessioni, ecclesiae euangelicae indoli et libertati conscientiae non aduerfantur et quoad ejus auctoritas per leges imperii et per leges ecclesiasticas speciales, vel etiam per obseruantiam non est restricta. Non itaque Protestantes in ecclesiasticis plane recedunt a principiis Juris Canonici, sed potius pro ejus receptione manet praefumtio, quatenus conscientiae, vel libertati antiquae ecclesiae Germaniae illud haud repugnat. *Vid. I. P. O. art. V. §. 16. nec juri Canonico per ordinationes provinciales est derogatum, quod imperii statibus ob legislatoriam, qua gaudent potestatem, semper permissum est per Ord. Jud. Imp. Aul. Tit. 1. §. 16. Rec. Imper. Nov. §. 105. 137. 171. Ord. Cameral. P. I. Tit. 51. Thomaf. de Statum Imperii potestate legislatoria contra Jus commune. Licet itaque imperii status in suis prouinciis abrogare possint Jus Canonicum, tamdiu tamen valet, quamdiu ejus abrogatio, aut tacita, aut expressa imperantis voluntate facta, doceri nequeat. Valet enim jus Canonicum in Germania ex receptione, expresso imperii et statuum consensu facta. Examinandae tamen semper sunt rationes decisionum Juris Canonici et cum ecclesiarum nostrarum statu conferendae. Vbi enim principia ex-*

D ulant,



ulant, ibi et conclusiones ex principiis jam abrogatis originem ducentes omnino repudiandae sunt. Sic caueant Protestantes, ne rationes hierarchicas, vnde decisiones fluxerunt, suis ecclesiis applicent. Vbi pronocatur ad obseruantiam, videndum erit, vtrum haec sit constans, euidens et vniuersalis, an saltem ejus iudicii, in quo causa agitur, particularis. Sic semper recedimus a dispositione juris Canonici in institutis ecclesiasticis haud receptis, in iuribus, quae sacra interna et conscientiam concernunt, quorum ratio in doctrinis Augustanae Confessioni, vel indoli ecclesiae euangelicae repugnantibus posita est. Pax Religiosa aequae ac Westphalica semper in omnibus controuersis ecclesiasticis stant pro norma et omnia, quae iuribus per illas acquisitis repugnant, inuvalida sunt sine respectu, an per Jus Canonicum aliud sit ordinatum, nec ne. *Vid. I. H. Boehmer de media via in studio et applicatione Juris Canonici inter Protestantes Tom. I. Ex. ad Digest. p. 344. Rhetius de auctoritate Juris Canonici inter augustanae confessionis consortes. Struw Introductio ad Praxin Jur. Canon. in foris Protest. Thomaf. de neglecto Studio Juris Canonici ejusque vsu frequenti et methodo.*

§. 5.

Communis quidem est sententia, deficientibus legibus generalibus vel particularibus in foris Germanorum, valere jus canonicum in subsidium et praefendum esse in casu collisionis Juri Romano. *Vid. Mencken Diff. cuiusnam, Juri Canonico, an ciuili, tribuenda sit praerogatiua. Hildebrand de praeuolentia Juris Canonici prae ciuili in foro. Floerck de praerogatiua juris canonici prae jure ciuili. Pagenstecher de auctoritate et praestantia Juris Canonici prae ciuili. Matthiae de praestantia Juris Canonici prae ciuili in vsu fori.* Quum autem iurium peregrinorum introductio in Germania in eadem incidit tempora, quibus *Fridericus I.* eumque sequentes imperatores, de restituenda a pontificibus euerfa imperatorum auctoritate quam maxime erant solliciti, facile patet, imperatores et Germaniae principes, imo ipsos Jureconsultos, juri canonico libertati suae tam inimico minus fauisse. Jurisconsulti enim Romani imperatoriam auctoritatem contra ausus papales ex jure Justiniano strenue defendebant. Eamque ob causam imperatores et principes eos magni fecisse, patet exemplo *Friderici* anno 1158 ad comitia Doctores juris ciuillis conuocantis. Ex quibus adductis recte colligit *Hellfeld histor. Juris cap. 4. §. 4. c. 6. §. 54.* in prouinciis episcopo-
rum



rum prae Jure Justiniano valere Jus Canonicum, quia illud olim modo ad supplementum juris canonici valuit; in territoriis vero principum Jus Justinianicum prae Canonico in hoc solummodo in subsidium et ad euitandum peccatum esse receptum. Quum autem tempore receptionis Juris Canonici per omnem Germaniam, imo per principum territoria, in causis ecclesiasticis episcoporum se extendit potestas, hi vero juris canonici ubique promouerunt auctoritatem, sequitur, vt in causis ecclesiasticis, etiam in secularium territoriis, Jus Canonicum prae Romano esse receptum.

§. 6.

Sufficiant haec de vsu Juris Canonici in Germania generatim. Potiores casus adducere luber, in quibus Juri Canonico in foris protestantium praerogatiua competit prae Jure Justiniano. Sunt autem *causae matrimoniales*, tamen absque illa superstitione pontificiorum, quod matrimonium sit sacramentum. Exsular distinctio *sponsaliorum* in ea, quae *de praesenti* et *de futuro* celebrantur *vid. Perill. Nettelblode in Diff. spec. de genuino conceptu sponsaliorum de praesenti et de futuro*. Cessat notio illa *matrimonii rati* in *cap. 30. X. de sponsal.* obueniens, quod scilicet consensus inter fideles nuptias faciat. Nostris enim principiis matrimonium ratum est, si consensus matrimonialis in praesentia Parochi et duorum vel trium testium declaratur et insuper benedictio sacerdotalis obseruantia vniuersaliter in Germania introducta interuenit. *Vid. Brückner Decis. matrim. c. 2. §. 16. Wernber Princip. Jur. Eccl. c. 13. §. 13. Boehmer Jus Eccl. Protest. Lib. 4. Tit. 3. §. 45. Carpzov Jurisp. Eccl. Lib. 2. def. 142.* Ex principiis illis falsis, quod matrimonium sit sacramentum, Catholici colligunt: quod diuortium nunquam locum habeat, nec etiam iis in casibus, quae ipsa scriptura sacra pro sufficientibus ad diuortium decernendum habet, sed tantum separatio quoad thorum et mensam locum inueniat. Nostris enim principiis diuortium omnino decernitur toties, quoties actiones morales vnius vel alterius partis fini et mediis matrimonii repugnant, vel saltem, si fidem conjugalem quam maxime violant. Sic quoque nostris principiis pro nullis habentur matrimonia, si finis matrimonii principalis plane



impetrari nequit, aut etiam personae matrimonium celebrantes, tempore, quo illud ineunt, vsu rationis ac voluntatis destituuntur. Ignorat praxis notionem *matrimonii initiati* et *cognitionis spiritualis*, quae ex baptismo, confirmatione aut reconciliatione contrahitur. Interim ratione modi computandi gradus sequimur dispositionem Juris Canonici et recedimus a jure civili, sed illos plures gradus cognationis et affinitatis lucri causa introductos et praefertim, quod matrimonium vsque ad quartam generationem et tertium affinitatis gradum prohibitum sit, plane respicimus. Terminum pubertatis *pr. Inst. quib. mod. iur. finit.* et *l. 4. D. de nupt.* determinatum multa Germaniae fora non attendunt et Juris Canonici dispositionem in *c. 3. X. de despons. impub. ad potentiam generandi magis respicientis vt plurimum seruant.*

§. 7.

Jure Ciuili stat regula: *Juramentum obligationem haud producit, potius validam et existentem supponit eamque modo confirmat.* Hinc, si pacto nudo adjectum, inde noua et valida actio haud nascitur. Jure Canonico nouum vinculum actui alias inualido ad effectum valide agendi, et excipiendi jusjurandum addit. Ex juramento itaque nascitur noua et a priori diuersa plane obligatio, interna quidem, sed jure Canonico agnita indeque simul externa et perfecta reddita, constituto illo principio *incap. 28. X. de jurej. Jusjurandum seruandum est, quod non vergit in dispendium salutis, vel etiam in tertii praejudicium, id est, quod sine peccato seruari potest constitutisque censuris, quibus jurans ad illud seruandum compellitur c. 3. de Jurej. in 6.* Illud Juris Canonici principium in foris Protestantium fere vbique attenditur et saepe iudicia nostra, licet contra aequitatem, recedunt ab illa justissima decisione *c. 2. C. XXII. q. 2.*, quod scilicet *veritas iudicii atque iustitia juramento semper inesse debeat.* Ratione alienationis rerum *ecclesiasticarum*, solennitates, ritus et causae cognitionem Juris Canonici vt plurimum obseruant Protestantes; interim haud agnoscunt distinctionem illam inter res *consecratas* et *benedictas*. Statuunt quidem sanctitatem externam, scilicet majorem poenam in violationes rerum ad vsu sacrum destinatarum, nunquam tamen



tamen sanctitatem internam. Non itaque res illas ad usum sacrum destinatas a commercio ita eximunt, ut ad usum profanum amplius applicari nequeant. Temere quidem Protestantes res ad usum sacrum pertinentes ad usum profanum simul non adhibent; interim commutationem et alienationem, praeuia causae cognitione, exigente necessitate vel utilitate, interueniente principis et eorum, quorum interest consensu, iustam statuunt Protestantes. Immunitatem a tributis ut plurimum rebus ad ecclesiam pertinentibus tribuunt augustanae confessioni addicti principes. Interim necessitate id exigente non datur immunitas; quod etiam conuenit Juris Canonici dispositioni in c. 4. X. de Immun. Eccles. c. 3. §. 2. eodem in 6. Clement. vn. cod. Interdum, iusta ex causa, Principes nostri vtuntur lege amortizationis, prouti probaui Sect. 3. §. 4. sed in Germania non aliter, quam quoad haud repugnat iuribus Pace Westphalica iam acquisitis. Vid. Sectio VI. per tot.

*) Quod de immunitate, rebus ecclesiasticis competente, adductum, tractandum haud est ad bona ecclesiae, nouiter acquisita, quae ab oneribus non aliter sunt immunes, nisi iusto titulo probato, eoque casu Imperantes Catholici ex more et cautelae gratia, vel indultum papalem exigunt, vel sub nomine doni gratuiti tributa imperant.

§. 8.

Modi procedendi in iudiciis ordo in Jure Canonico praescriptus melior est et statui nostrorum iudiciorum simul magis conueniens, ac ille Jure Romano stabilitus. Deficientibus itaque legibus Imperii generalibus, vel prouincialibus, in materia processus sequimur principia Juris Canonici. Interim ea, quae superstitionem redolent, nunquam receperunt Protestantes. Ignoramus itaque illos sic dictos *consacramentales* siue *compurgatores*, quamuis adhuc iuramenti purgatorii usum statuimus, etiam illis in casibus, in quibus illud Jure Canonico locum habet. Processum inquisitorium, siue facultatem iudicis, ex officio in delictis cognoscendi et decidendi, licet nullus existat accusator, Jure Canonico per c. 14. 16. 17. 29. X. de Accus. stabilitum, receperunt Germaniae fora et speciatim variis partibus Constitutionis Carolinae Criminalis ille sic dictus processus inquisitorius confirmatus est, quamuis Jure Romano et in specie veteri Germanico erat fere ignotus.

§. 9.

Circa acquisitionem honorum ecclesia vtitur jure communi, nec potestatis ecclesiasticae pars est, jura ecclesiae circa acquisitionem definire, nec id per canones tentatum est, nequidem circa sanctionem, quae ultra quin-



gentos solidos ecclesiae factas donationes insinuationis legi subijcit L. 19. C. de SS. Eccles. Boehmer Jus Paroch. Sect. V. c. 1. §. 12. Interim a cura et executione piarum dispositionum, episcopis a Justiniano demandata, repetenda sunt testamenta et legata ad pias causas, non secundum leges civiles, sed secundum decretorum statuta dijudicanda, quae nullam plane exigunt solennitatem, sed vltimae voluntatis solum probationem, non minus duobus testibus, quam ex idoneo defuncti instrumento instruendam. Vid. c. 11. X. de testam. Joerber de testamento ad pias causas sine testibus valido. Testandi forma coram parocho et duobus testibus in foris Protestantium non attenditur, nec causas testamentarias ad forum ecclesiasticum pertinere, deficientibus legibus specialibus, amplius statuitur. Interim vsu inualluit dispositio juris Canonici, quod liberi et parentes per dispositionem defuncti cuiusdam grauati, deducere queant tam legitimam, quam quartam Trebellianicam. Vid. G. L. Boehmer Princ. Jur. Can. L. 3. Sect. V. Tit. V.

§. 10.

In praescriptione secundum Jus Justinianicum sufficit bona fides, siue iusta ignorantia, quod res a se possessa sit aliena tempore possessionis adquisitae existens. Sufficit itaque Jure Romano, bonam fidem ab initio adfuisse, mala fides superueniens non nocet L. 48. §. 1. de adquir. Res. Dom. L. vn. C. de vsucap. Peccati autem euitandi causa, bona fides in omni praescriptione desideratur, ideoque oportet, vt, qui praescribit, in nulla temporis parte habeat vel rei alienae, vel debiti alteri praestandi conscientiam c. vlt. X. de Praescript. Lyncker de bona fide in omni praescriptione tam Jure civili, quam Jure Canonico necessaria. Juris Canonici regula, quod in omni praescriptione bona fides necessario requiratur, pro norma est et exceptionem plane non admittit, sine respectu, an obligatio ex jure reali, an personali descendat, absolutam tamen praescriptionem mala fides superueniens nunquam infirmit. Vid. Leyser Meditat. ad Digest. Spec. 455. m. 10. 11. Interim regula de bona fide adducta, intelligenda haud est de iuribus, quae prius non debentur, quam si indicta vel imposita sunt per iudicis sententiam; ideoque, antequam hoc factum, solo neglectu per tempus lege definitum non extinguuntur, quum mala fides in iis allegari nequeat. Neque haec mala fides, propter finem poenarum jam obtentum, impedit praescriptionem in causis criminalibus, si tempus viginti aut quinque annorum legibus definitum, praeterlapsum est. Quod Jus Canonicum ratione constitutionis et amissionis Emphytheusis in c. 5. X. de reb. eccles. alien. vel non, disponit, quoque obtinet in foris Protestantium. Distinctionem illam inter pacta nuda et non nuda ignorat Jus Canonicum et Germanicum stipulationibus nunquam receptis vid. c. 66. C. XII. q. 2. c. 12. C. XII. q. 5. c. 11. X. de V. S. Dispositionem illam seruant etiam Protestantes et statuunt, juri Canonico conuenienter, quod pacta, quocumque modo sint celebrata, valent, modo legibus non repugnant et jus tertii haud laedant c. 4. 5. et, 6. X. de pact. c. 12. X. de for. comp. c. fin. X. de pactis. Jus Romanum nuptias cum adultera prohibet in L. 26. de Ritu Nupt. Hanc vero prohibitionem



nem Jus Canonicum restringit ad casus, quibus vel adulterium sub spe futuri matrimonii commissum, vel adulter aut adultera vitae innocentis conjugis insidias fruxerit c. 6. X. de eo qui duxit in matr. Jus Justinianicum recte prohibet nuptias inter raptorem et raptam L. vii. §. I. C. de raptu virgin. Nov. 134. c. 12. sed Jus Canonicum raptorem ducere patitur raptam, si illa libertati restituta consentiat in matrimonium c. 5. X. de raptu virgin. Optandum sane ex optimis rationibus esset, quod fora Germaniae dispositionem juris Civilis seruant, neglectis principiis Juris Canonici, sed contrarium satis et aperte constat.

§. II.

Fundamentum, *Jus patronatus acquirendi* et jura patrono competentia, ex principiis juris canonici optime deducuntur. Quod Jus Canonicum ratione *beneficiorum, decimarum, sepulchrorum, locorum et domuum religiosorum*, item respectu *Clericorum* eorumque *status et jurium* disponit, hic obseruantur, illic plane negliguntur. Sufficiat, potiores quosdam allegasse casus, in quibus, neglecta dispositione juris Romani, Juris canonici principia etiam in foris Protestantium sequimur. Manet principium generale satis superque structum: *deficientibus legibus domesticis, prae Jure Canonico valet praesumptio, quatenus scilicet status Reipublicae, judiciorum, in primis principia Religionis non obstant.* Reseruo alii tempori allegationem earum legum, tam generalium, quam particularium, quae praeter Jus Canonicum, tam in foris Catholicorum, quam Protestantium obtinent.



Non tam alti mihi sedent spiritus,
VIR SVMME REVERENDE, DOCTISSIME,
COLENDISSIME,

vt mihi persuadere possim, scripssisse me tenui mea crena aliquid, quo *Te docere Teque* erudire queam. Dicatae sunt qualescunque meae meditationes *Tibi*, non in *Tuam* vsum; sacrum est *Principiorum Jurisprudendiae Ecclesiasticae Germanicae Specimen quintum Tibi*, non in *Tuam* necessitatem; offero has plagellas *Tibi*, non in *Tuum* commodum. Quae soli iuuentuti academice destinata est scriptuncula, non audet adspirare assensum *Viri omnibus eruditionis numeris absolutissimi*; audet tamen adspirare amicitiam *Tuam* sincerissimam, multis et fere innumeris documentis



mentis mihi probatam, quae dedicationis meae fulcrum est atque palladium. Hac *Tua* humanitate, per plures mihi haud ignota annos, suffultus, jam *Te* adeo, *Vir, supra omnes meas laudes posite, Tibique* hodierni diei festiuam ceremoniam gratulor animo toto *Tuo*, congratulorque. Adsit *Tibi* benenignissima benignissimi Numinis manus! beet sapientissimus sapientissimi Spiritus influxus omnia *Tua* conamina! Pronunciet clementissimum clementissimi Dei os benedictionem omnimodam perfectissimamque. Haec tria sint noui *Tui* officii sempiterni comites: oculus *Dei*, industriam *Tuam*, *Tuas* vigilias *Tuumque* pro ejus gloria ardorem, videns peruidensque; amor ecclesiae, cui *Tu Te* hodie dedicas, ejusque grati animi adfectus, salus tandem et incolumitas nullo tristitiae casu interrupta *Tua Tuorumque*.

Quod vltimum est, *Tua* vt me beneuolentia in posterum haud indignum censeas, non, quod de *Tuo* fauore dubitem, sed, quia mos est, ita rogandi, oro atque obsecro.

Vale. Dabam e Museo D. XIII. Junii A. R. S. c1515 cclxviii.




Her 3943

1078







B.I.G.

Farbkarte #13

C. I. num.

23.45

PRINCIPIORVM
IVRISPRVDENTIAE ECCLESIASTICAE
GERMANICAE FVNDAMENTALIVM
SPECIMEN QVINTVM

394

V I R O
SVMME REVERENDO, DOCTISSIMO
COLENDISSIMOQVE
IOACHIMO HARTMANNO

S. S. THEOLOGIAE ATQVE PHILOSOPHIAE DOCTORI CELEBERRIMO,
HACTENVS SERENISSIMO DVCI REGNANTI MECKLENBVRGENSI A
CONSILIIS ECCLESIASTICIS, ET CIRCVLI SPECIALIS MECKLENBVRGENSIS
SVPERINTENDENTI DIGNISSIMO, IAM ECCLESIAE NICOLAITANAE
ROSTOCHIENSIS VOCATO PASTORI
VIGILANTISSIMO. REL.

Mr 394

Mr 3943

SVMMO
DEVOTI ANIMI ADFECTV ADSRIPTVM
ATQVE EODEM,
QVO AD MVNVS NOVVM ECCLESIASTICVM
MORE CONSVETO,
CEREMONIISQVE SOLITIS INAVGVRETVR,
DIE MENSIS MAJI A. O. R. CI^O ICCLXVIII.
OBLATVM

A
IOANNE CHRISTIANO
QVISTORPIO
I. V. D.

ROSTOCHII,
LITTERIS MÜLLERIANIS.

